Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-642014-p0001-0

EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.
VITEBERG.
VI-37
SIGNAT. cIↄIↄCCCXIII.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-642014-p0002-5

POSITIONUM MORALIUM
Octonarium,
DE
NOTATIONE ANIMORUM,
Sub PRÆSIDIO
NOBILISSIMI, AMPLISSIMI, EXCELLENTISSIMIQVE
DN. CHRISTIANI RÖHRENSEE,
Phil. Moralis Profeſſoris Publici celeberrimi, Alumnorum Electoralium Ephori graviſſimi, & h.t Suæ Facultatis DECANI SPECTABILIS,
Publicæ Eruditorum disqviſitioni
exponit
M. MARTINUS CHLADNI,
Cremn. Hung.
Ad diem 28. Octobris,
A. M.DC.XCI.

Wittenbergæ,
Typis MARTINI SCHULTZII.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-642014-p0003-1

I.

NOtitia animorum non ad ſcientiæ ſolùm partem referri debet, ſed etiam ad conſvetudinem vitæ privatæ, & publicam quoque felicitatem multum ponderis affert.

II.

Nec enim tantùm deſcriptione virtutum, & delineatione τῶν καθηκόντων abſolvitur, quæ qvidem Senecæ mens fuiſſe videtur: ſed notatione accurata morum, & inclinationum affectuumqve omnium.

III.

Cujus quidem rei multæ dantur rationes ac modi: ſummatim tamen comprehenduntur ſignis quibusdam, qvæ vel in conſtitutione hominis, vultusqve & corporis lineamentis; vel in geſtibus, ſermone, actionibusqve externis poſita ſunt.

IV.

Et his qvidem in ſingulorum ingenia aliqvo modo penetramus: Dantur præterea integrarum gentium notæ, qvæ eas ab aliis ſeparant, & peculiaria animorum ſtudia depingunt, caute tamen uſurpandæ.

V.

Hoc pulcherrimum argumentum certa methodo universè comprehenſum non habemus: nec ex veteribus Philoſophis aliqvis juſta tractandi ratione id complexus eſt: Et qvæ reliqva nobis ſunt, ſtricturæ tantùm ſunt, & de toto velut corpore fragmenta.

VI.

Nec mirum id videri debet, ob varietatem illam infinitam ingeniorum, qvæ penè non permittit, ut aliqvid certi fixique regulæ loco collocari poſſit.

VII.

Poteſt tamen hæc claſſibus quibusdam discerni & includi, ad qvas referantur animorum ſpecies, & quæ cuique conveniant inſtituta ac mores, notari: qvod conati ſunt recentiorum aliqvi, aliis tamen elaborandum perficiendumque tradiderunt.

VIII.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-642014-p0005-2

VIII.

Poſtremò dicimus, hic multum proficere poſſe, qvi ex Hiſtoria ea obſervant, qvæ ad notationes qvorumcunqve ingeniorum pertinent, ductum Cl. Bœcleri ſecuti: Unde emendabitur ſtudium, plurimumqve adjuvabitur cura, qvam in privatis congresſibus, & ubicunqve cognoſcendo alterius animo opus eſt, adhibere debemus.

Ung. VI 37

ULB Halle
003 913 872 3

Sle.

V 3 17

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-642014-p0007-3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-642014-p0008-9

47

MORALIUM

m,

IONE

RUM,

IDIO

LISSIMI, EX-

MIQVE

STIANI

NSEE,

ris Publici cele-

lium Ephori gravis-

atis DECANI

LIS,

a disqviſitioni

CHLADNI,

g.

tobris,

CI.

æ,

CHULTZII.

Hab. III. 3709